Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 12. Dissipauit substantiam suam. Est enim meretricis domus, Gigantum somus, vbi molliuntur adamantes etiam purissimi, velut Dauid, Salomon, ac Israelitæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52962

Visual Library

eſis carnibus & corpore languens manansque purulento. Quàm verè Chriſtus: *Conſumpſit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe.* Heu quæ dãna! D. Cypria. enarrato damnorum catalogo, tãdem illa breuiter deſcribit: Luxuria (inquit) *per infinita dedecora, multiplices mortes inuehit in perniciē perditorũ.* Si hoc adeo verũ non ſit, vt manibus tangas, non ſcribatur. Omnia libido conſumit, & hominem & facultates. Vt cœleſtē ſuſpicio D. Chryſo. propoſitionem qua ſic aſſerit: *Patrimoniorem Syrtes & ſcopulos appellandas eſſe meretrices.* Idem ponderat D. Fulgent. Epiſc. Carthagi. exponens quid Poetæ per Scyllas & Charybdes indicarint: Commenta ſunt, quæ licet conficta, tamen eximia documenta prætulerunt. Confingunt Scyllam meretricem, quæ patrimonia, ac multorum iuuenum qui opibus affatim eminebant, facultates diſſipabat: affingunt, illam in mare delapſam, & in ſcopulum conuerſam, ad quem appulſæ naues dirumpuntur, & naufragantur, omneſque merces etiam ditiſſimæ in profunda demerguntur; cuius periculi remedium vnicum & ſecuriſſimum fuga eſt, & ab illis quàm longiſſimè declinare.

D. Cypr. *L. de ſingularit. Cleric.*

D. Chr. *Ho. 63. ad pop. To. 5.* *L. Mitolog.*

X. Quid ſit Scylla, & Charybdis.

Charybdes, aquæ ſunt ventorum turbinibus in gyrum agitatæ, quibus ſi naues inuoluantur, circumaguntur in vertiginem, miſereque abſorbentur. Habes hic, infert D. Fulgent. quid nobis Poetæ ſuis fabulis ſignificarint, damna ſcilicet, quæ tibi certius imminent, dum accedis propius, mulierumque te fidis conuerſationi, hac etenim pereunt opes, ſanitas eneruatur, virtus abſorbetur.

§. 12. Diſſipauit ſubſtantiam ſuam. *Eſt enim meretricis domus, Gigantum domus, vbi molliuntur adamantes etiam puriſsimi, velut Dauid, Salomon, ac Iſraelitæ.*

☞ 30 OMiſſis fabularum commentis puriſſimæ Spiritus S. aures attigite veritati: qui filiũ plangit ſtultum, prodigũ, quem verbis deſcribit Salomonis. Iuuenem hic refert miſi, caput ſine lingua, ſiculnũ pompaticum, (a) omnia conuenientem, vidit mulierem, quæ oculos in illum reflectat; ac facie liberali compta fucata, illam vocat ac eius complectitur manũ. Sibi dilatari cœlos infelix arbitratur, & inſtar ſtulti paſſeris ad virgulas conuolat glutinoſas, domum ingreditur. O mortalium infeliciſſime, iacta eſt (inquit Spiritus S.) alea, actum eſt de te: *Ignorauit quod ibi ſint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius.* O ſtulte funibus conſtringẽde. O Dei Spiritus quàm ad viuum ea quæ placet deſcribit. Gigantes dicit, mulierũ appetitus: *Ducuntur variis deſiderijs*, inquit Apoſtolus. Bone Deus! quis, quæſo, mulieris narret impudicæ deſideria? Quid poſtulet, quid appetat? veſtes pretioſas, monilia, theriſtra, diſcriminalia, torques aureas, annulos, murenulas, byſſum, aulæa &c. Scripſit de his Tertullia. ſtylo grauiſſimo; licet obſcurò; quæ multa meretrix exoptet, in paruis ciſtulis gemmas, quæ pretio integras appendant ciuitates, & in tenuioribus filis margaritas, quæ valore ſuperent patrimonia: *Breuiſſimis loculis patrimoniũ grande profert.* (intelligit de muliere:) *Vno lino decies ſextertium inſeritur: ſaltus & inſulas tenera ceruix fert; graciles auriũ cutes Kalendarium exepndunt.* (Kalendarium vocat expenſas totius anni:) *& ſiniſtra per ſingulos digitos de ſaccis ſingulis ludit.* (In ſingulis digitis multos euacuatos nummis defert ſacculos) *Hæ ſunt vires ambitionis, tantarum vſurarum ſubſtantiam, vno & muliebri corpuſculo baiulare.* De Tertulliano ſumpſit D. Cypria. & de ambobus D. Hieron. in vita Pauli Eremitæ, qui hanc proloquitur ſententiam: *In vno filo villarum inſunt pretia.*

(a) *Desbollinar ventanas.*

Pro. 9. 18.

1. Tim. 3. 6.

L. de hab. mulier.

Congruè dixit alter, quod latinus cecinit Poeta: *Oportet multa habere Thaidem.* Potentiſſimi gigantes ſunt hæc deſideria, quæ deuorant facultates, nedũ diuitum de communi grege, ſed & nobilium inclytorum, addam & potentiſſimorum Regum ac regnorum, nullæ ſunt in eis facultates, quæ vel vnius mulieris ſatisfaciant deſideriis. D. Clem. Alexan. præfata appendens verba Spiritus S. alio legit modo, licet nõ minori myſterio, eidem conuenienter intentioni: *Miſer autem neſcit, quod ſerpentes apud eã habitent, & quod vadat ad laqueũ inferi.* Papæ, quàm hæc plena myſteriis! *Neſcit quod ſerpentes &c.* Si vnus plus ſatis erat coluber, qui blandis fictiſq; verbis primæuos noſtros in fraudem induceret parentes, noſtrorum omnium honorum ruinam adferret, tot tantiſque nos miſeros malis cumularet, quid non efficient infiniti? At cunctis non vacat inhærere. Alia littera ſcribit: *Ignorauit quoniam mortui ibi ſunt.* Neſciuit fatuus, domum eſſe cladium: hinc mortem prodire immaturam, intempeſtiuam, hinc ſalutis ruinam, vitæ naufragium. Nec minus illi congruè, quod ait Plutarchus. in tẽplo Veneris omnibus conuenientibus ſepulchralia ab eius confratribus fuiſſe expoſita. Scribunt alij: *Ignorauit quod medici ſunt apud eam:* Quid enim aliud eſt domus mere-

D. Cl…

Ma…

meretricis, niſi Xenodochium infirmorum? ex hac etenim quid præter infirmitates contrahuntur, eneruata valetudo, vitaque labefacta?

☞ 31 D. Hier. L. 5. in c. 7. Amos. Tom. 5.
His aptè congruit quod D. Hieronymus expendit de Adamante ex ſententia Xenocratis Philoſophi, qui librum conſcripſit particularem de natura Adamantis, quod idcirco vocetur: *Adamas, quod nulla vi neque ignis, neque ferri domari poteſt.*

II. Adamas vitium ſignat inſtum. Lib. 21. de Ciuit. Dei. c. 4.
Vnicus hircorum ſanguis eũ emollit, vireſque labefactat, eo modo vt ſanguine tinctus hircorum patiatur ſculpturam, idque nullo negotio: cuius quoque meminit D. Aug. Hoc, (teſte D. Hieron.) aptiſſimum eſt materiæ præſentis hyeroghphicum. Propoſuit Deus adamãtem, vt ſymbolum viri iuſti, fortis, inuictæque pietatis, inſuperabilis virtutis: quem non emoliunt ictus perſecutionum ſæpe repetiti, laborum, iacturæ &c. verbera fortiſſima. Hircus autem eiuſque ſanguis luxuriam denotat, cum hirco ſit libido naturalis. Præſeruet te Deus hoc ne contingat: licet enim quis ſit adamas ſummi valoris, nec minoris fortitudinis, illum emolliet, vitam, ſubſtantiam, virtutemque ſubneruabit.

III. Qui tamen hirci ſanguine hoc eſt libidine emolliur.
Exemplum ſume in illo tanto prædito robore, vt leones diſcerperet, vrſos præfocaret, gigantes proſterneret, vnica ſolummodo demerſione, heu qualis euaſit? *Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem.* vt mihi vires non ſuppetant vlteriores, hoc eſt, *Vſque in finem:* Qualem ſe condoluit: *Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum &c.* Tum ſe clamat exhauſtum,

Pſ. 37. 7. Pſ. 72. 21.
& huius impudici ſanguinis calore ſuccenſum, vt dicat: *Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt, & ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui.* Salomonem conſidera, quo nullus ſapientior, donis cœleſtibus ditior nullus, quàm infirmus, quàm hoc ſanguine pollutus redditur eneruatus! Vt & ipſæ mulieres in illo cælare potuerint idololatriam, imagines ſculpere falſorum Deorum Ammonitarum, & Moabitarum.

Ho. 14. ad pop. Nu. 24. 5.
Notant Origen. & D. Chryſoſto. quod fortes atque inſuperabiles viderit Balaam Iſraelitas: Populi Dei contuetur legiones: & exclamat: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael, &c. cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinocerotis, &c. accubãs dormiuit vt leo, & quaſi leæna &c.* Nullum noui remedium, conſulit Balaam Regi Balac quo populus hic diuino fultus ſubſidio, fortiſſimus & inuincibilis, deiiciatur niſi hoc

Origin. Lib. 20. in Numeros.
vnicũ vt illi ſuggeras incentiua libidinis, vt ignis ille vorax pectora inflammet, hic corda ſanguis perfundat q. d. ex ſentẽtia Orige. *Si vis eũ vincere, primo eorum pudicitiam deiice, & ſponte vincetur. Aduerſum hæc non virtute militum, ſed mulierum decore pugnandum eſt, nec armatorum vigore, ſed mollitie feminarum. Amoue armatorum manũ, & electam congrega ſpeciem puellarum. Forma vincit armatos, ferrum pulchritudo comprimit, vincentur ſpecie qui non vincuntur prœliis, &c.*

IV. Probatur exemplo Iudæorum.
Huic adlaborat vt puellæ electa ſpecie populũ conueniant, blandientes: quod ſi illas admittant quidquid volueris cum illis efficies, breui lætaberis eneruatos, elumbos, vires diſſolutas, robur confractum, ipſis feminis infirmiores. Nec ineſſicax conſilium: puellarum namque conſortia deuicti, proſtrati, ſubuerſati, hermapolæ. Hoc erat illud

Apoc. 14. 2.
ſcandalum, de quo D. Ioa. Angelus quòd Balaam obiecit filijs Iſrael, cui inciderunt, hic lapis offenſionis in quem irruentes ſibi caput, ſibi oculos, ſibi manus confregerunt: hæc eſt petra ſcandali, in quam, ſi quis offendat, actum eſt de bonis ſuis, honore, corporis optima valetudine, vita, & anima: quocirca notanter dixit Spiritus S. quòd ad tantam adulter deueniat amentiam vt ſit: *Contemnens in animam ſuam.*

§. 13. *Decoquit luxuria ſubſtantiam, vt patet in Samſone: varius euentus multiſque annis prædictus.*

32 ☞

IN huius rei cõfirmationem, quid poſſet proferri euidentius, quàm dolendus caſus Samſonis, viri omnium calculo quos mundus vidit fortiſſimi. Hunc expendens Theodoret. ſic

Theod. Q. 1. in l. Iudicũ.
ait: *Inuictum & inexpugnabilem, qui & multis alienigenarum millibus erat formidabilis, in captiuitatẽ redegit meretrix muliercula; adeo bellica acie eſt grauius bellum cupiditatis.* Tanta capillis ſuis valebat fortitudine, vt Philiſthynorũ millia turmatim interimeret, portas cardinibus extraheret ciuitatis, & ſublatas in humeros deferret, pedibus adeo velox vt cẽtum vulpes curſu aſſecutus comprehenderet. Cupidinis ignis æſtuat in præcordiis, mulier autem, quam deperit, adeo procax & maleuola, vt toto ſtruat technas ingenio, quibus illi vitam auferat, quas credit nihilominus amoris teſſeras, ſcortique blandimenta. O vacua cerebro capita: pignora creditis amoris mulieris lenimenta, & vt veraciter ait, à quo longe propellendum omne mendacium, Spiritus S. tuam

Prou. 7.
tantummodo molitur ruinam, & vt te nudum à ſe fallax eiiciat. Telã hinc orditur, percunctatur in quæ non ſuperabilis conſiſtat illa fortitudo: videbantur pauperculo deliciæ amaſiæ, verum-